

СИДУЧИ

ПЕСОВАЯ МЕДЬ

- 57 -

NOVENDIVM
S E U
NOVEM DIERUM EXERCITIA,
AD HONOREM
GLORIOSI PATRIARCHÆ
S. ROMVALDI
A B B A T I S.

Pro novem Martis diebus, prodigio-
sam ejus, ad inclytam Fabrianensem
Civitatem, Translationem præceden-
tibus, quæ die 7. Februarij occurrit.
Ex quibus Exercitijs quinque hoc signo adno-
vata, Deo otus assumer, pro totidem ferijs per ejs
ad diem felicis S. Patris transitus in celum,
se exiendentibus, cœjos dies anniver-
saria 19. Junij recolitur.

Inserta etiam est compendiose Vita e-
iusdem S. Patris, pro majori Devoto-
rum excitatione; cum Parvum ejus
Officium, & Responsorium.

Anno Domini 1709.

C R A C O V I A E,

Typis Francisci Cezary, S. R. M. Illustriſſ ac
Reverendiss Dñi Episcopi Crac. Ducis Seve-
rī Ordinarij Typographi.

Addo diuturnitatem Vitæ RO-
MUALDI, ex DEI præsentia ortum
duxisse. Profecto Rechabitæ, si-
ve Cinæi, in sua illa solitudine,
DEI assiduâ præsentia frueban-
tur. Quis autem dubiter, fami-
iliaritatem cum DEO vitam ex-
tendere? An non Moyses ex fa-
miliaritate cum DEO, ex erebris
cum Numine colloquijs ultra
centum annos produxit ætatem?
Antonius de Escobar, & Mendoza
Libro 3 ad cap. XIX. Mattbai parte
s. Paneg. Moral. s. Observ. 3.

PERILLUSTRI,
ET
REVERENDISSIMO DOMINO,
D. CHRISTOPHORO
à SŁUPOW
SZEMBEK,
CANONICO CRACOVIENSI.

Domino & Patrone Colendissimo.

Prodeuntem in lucem exilis in-
genij partum, protectione &
favore Tuo fonsdum, repono
in Roseum sinum Tuum, Perillastris
& Reverendissime Domine,
Veluti alterius & rara Phoenicis, de
cincere exorientem Sanctissimi Patri-
archa Nostri ROMUALDI vitam.

non peregrinis Numinibus, sed magno
Tuo Nomi, immolandam, insinuavit
vibi. ipse zelus Tuus erga res sacras,
Et magna in eas veneratio, quam
opusculo in Polonia novello, magno fa-
ducia ausu, pro objecto assumo, spe-
rans sub Auspiciis Tuis, tenerrima vi-
ta, Et virtutis Romualdina, nec non
cultus, Et devotionis incrementa,
plurimum in cordibus Fidelium pro-
fectora. Hac ergo sacratis manibus
tractanda, Et promovenda, cum omnibus
respectu, Et profundissima mea submis-
sione tradō, solo hoc pure motivo, ut
quam evidentissima singularis, Per-
illustri, Et Reverendissimae Do-
minationi cultus, honorū, Et inti-
ma propensionis mea testimonia de-
promere queam. O si quod olim
domini à Jove petuisse singitur ve-
rum esset; nimis ubi ne aperta Et
nuda

nuda omnibus cordium humananorum
patent consilia; cerneret procul da-
bi omnia mea studia, conatus, tum
animi, tum corporis contentiones, in
Te apprimè colendo esse collocatas. D^B.
U S Pyssus felicem Te Perillu-
stris Domine, atq; storentem, tam
Tibi ipsi, quam Ecclesia Sancte, in se-
ram annorum seriem conservet, opio.

Per illustris
& Reverendissime Dominationis

Humilissimus Servus,

Exorator

P. Benedictus, Eremita
Camaldulensis.

GENE-



Sanctus Romualdus Abbas
Camaldulensium Pater.

(66)(4)(56) 1
GENERALES REGULÆ
PRO NOVENDIO.

Quicunque pro impetranda aliqua, à Divina Majestate gratia, per patrocinium Sanctissimi ROMUALDI; sive in gratiarum actionem pro iam obtentis, ipso mediante gratijs, huius Sancti Novendij exercitia facere exoptat; Primo, omnibus Martis diebus novem ieiunare debet. Si autem ieiunare non valuerit, aliquam eleemosynam pauperibus elargietur; aut aliquo à piuor opus, secundum Patris Spiritualis consilium peragat.

2do. Quolibet ipsorum Exercitiorum die confteri, & Sacram Eucaristiam suscipere tenebitur.

3to. Die Vigilia S. Patris ieiunari, ac tandem ipso Feste communicare debet. Tunc enim in Ecclesijs sui Ordinis Indulgentiam plenariam lucrabitur.

4to. Per hos dies novem, centum viginis Pater noster, & Ave Maria, cum toridem Gloria-Patris, (dividendo ipsos

per 13. in dies, ultimus vero tribus diebus
per 14.) in memoriam centum pugiorum an-
norum, quibus Sanctus vitam duxit, reci-
tabit. Quodsi vero aliquis per semet-
ipsum prefata Exercitia adhibere nequi-
verit, nota & timorat Personæ commit-
bet, que suo nomine ipsa adimplebit.

PRIMO DIE MARTIS,
PRÆLUDIUM.

A Deò S Romualdi Patris & Fundatoris Ordinis Camaldulensis Vita Orbi Christiano prælucet ; ut nec minima Christianitatis pars adit , quia ibi ejus præclarum Nomen , pœ fama celebre non excurrat . Illi centum annorum dies austerrimæ , ac sanctissimæ vitæ , quantum cum profunda humilitate , inter nemora , & solitudines agebat absconditam ; ante humanæ notitiae oculos , per omnia occulti esse non valebant . Virtus namque lux est clariſſima .

rissima, quæ se ipsam conspicit facit. Et DEUS (ut loqui fas sit) silentio ab arbustorum ora tolvit, ad sui servi sanctitatem Ecclesie patefaciendam. Divus Petrus Damiani Cardinalis Ordinis nostri, primus fuit alios inter Scriptores, qui compendiosè S. Romualdi facta reddidit fastis. Postque ipsum Divum Petrum omnes sacrorum Historiographorum calami, in Ecclesiasticis Annalibus, tanti Sancti opera praelara reddiderunt. Ipsem et DEUS Sancti Patriarchæ virtutum excellentiam, ac meritorum culmen oblitus scandis miraculis manifestavit. Si quidem extincta incendia, tempestates maris tedax, amentes fantaci, infirmi ad pristinam valetudinem reducti, bestie mansuefactæ, infernales spiritus singati, prodigia suæ ; quæ quasi joc gratiâ, aut per verbum, vel manum Sancti evenerunt. Quid plura ? Tota ejus vita, unica virtutum synopsis fuit, atque absoula miraculorum series. Post

fortunatum S. Romualdi, & ultimum
vitæ halitum, Supremus Dominus e-
xaltans humiles, Sancti sui gloriā ma-
gis prodigiosis portentis propalare
continuavit: de cuius tumulo appa-
ret esse scriptum illud per pulchrum
Prophetæ elogium: *Et erit Sepulchrum*
eius gloriosum. Pro evidentia autem
veritatis: Sacrum Divinissimi Romu-
aldi Corpus, quod prolixiori seculo-
rum morâ, à temporis injuriâ, in In-
clyto Vallis de Castro Cænobio, in obli-
vione sepultum jacuit; cum illustri
erebresentium miraculorum pompa
ad Nobilem Fabrianensem Civitatem
fuit translatum; ubi quasi in gratia-
rum throno gloriosum, & ad omnium
sibi devotorum favorem, beneficium
residet. Eò loci ad præcelsum Sancti
Sarcophagum visuntur obstinatorum
in peccatis conversiones, & diversa-
rum personarum in perfectione lucra:
ut potè pericula animæ declinata, ten-
tationes superatæ, lumina acquisita,
optimæ

optimæ inspirationes reportatæ, adju-
torum perseverantiæ in incæptis bo-
nis; & aliæ spirituales gratiæ: quæ
quantò sunt plus secretæ; tanto magis
ordinariè à veris S. Romualdi devotis
obtinentur. Ad extremūm potenti
ope S. Anachoretæ creberrimè, jam
jam moribundi audiuntur protinus ab
imminente morte liberati, innumerabiles
infirmi ad insperatam salutem re-
ducti; pauperes quoque miserabiles
in necessitatibus provisi; afficti ac pe-
nè metu exanimati, in tribulationibus
ac æruminis efficaciter confortati, ob-
fessi, & à dæmonio tentati, parturien-
tes, agonizantes, à potenti brachio S.
Romualdi occultam vim persentientur.
Visitatâ namque ejus Ecclesiâ atque
Sancto Sepulchro; aut invocato San-
cti Nominis, viribus esse firmi, ac pror-
sus omnimodè liberati cernuntur. Si
regnant inimicitiæ; S. Romualdus re-
donat pacem. Si annonæ caritas ad-
venit; S. Pater abundantiam frumenti
deluper

desuper impetrat. In perniciiosis inundationibus, in noxijs terræ ariditatibus, in bellis, conflictibus, in terræ motibus, quavisve pestilentie lue, absque ulla cunctatione, vix recursus fit ad Sanctum; & ecce in omnibus necessitatibus, ut generalis Protector subvenit, adjuvat, consolatur, & quascunque gratias devote requilitas protinus concedit, & suppeditat.

Cum itaque infallibile B. Patris nostri patrocinium maneat, ac meridianâ luce clarius existat; tibi Anima de vota, sequens distinctum varijs meditatiunculis in S. Romualdi vitam Novendium præsento; quatenus facilem ac proficuū, pro acquirenda & augenda, erga Sanctum devotione, methodum habeas: cum quoque, ut desideratum gratiarum donum celerius reportare queas. Ocyus ergo S Romualdum in Advocatum tuum eligas; tua cordis penetralia ipsi detegas; omnigenas necessitates exponas; siisque te contol landam

Sancti Romualdi.

7

landam procul dubio credas. Ejus Ecclesiam frequentando viiites, peracto-
que novendio Sancti Nomen invoces;
& ex parte ipsius spondeo te exaudi-
endam. Iple è Cœlo Empyreo pijs
oculis te intueri non cessat; manum ad
benedictionem elevat; & pro elargi-
endis gratijs, quascunq; efflagitas, sine
intermissione avidè te præstolatur.

INCIPIT VITA S. PATRIS.

Romualdus fuit Sergij Ravennæ,
Ducis Filius, ex nobilissima &
Regali Longobardorum Ducum stirpe
progenitus, vulgo: *De Saffi*. Quæ Fa-
milia Fori Julij & Beneventi insignes
Ducatus, partem Tuscæ possedit; &
per certum temporis spatium ampla
Lombardia, Apuliaque Regna guber-
navit. Et consanguinitate propinqua
cum Imperatore Othono I. ac per
consequens cum alijs duobus gaudens,
ex Illustrioribus ac Ditionibus Europæ
Profapijs originem duxit. Sub cui
cursus

cursus juvenilis initio per lubricum
callem incedere cœpit, & ad mundi
vanitatem proclivis fuerat. Nutrie-
bat nihilominus intra cordis viscera
motivum solitudinis sensus; expro-
mendo ab illis densis nemorum salti-
bus, quos ad agendas ferarum prædas
sæpius percurrens collustrabat. Anno
suæ ætatis vigesimo Divinæ vocationi
aure porrecta, Monasticum Habitum
in Basilica S. Apollinaris, in Cenobio
Classis assumptis; illuc præcipue com-
pulsus à quodam funetto casu, qui e-
jus genitori, in sua præsentia accidit;
ibique se totum DEO, perfectionique
acquirendæ consecravit.

M E D I T A T I O .

PRIMÒ. Considera, quomodo DE-
US bonis inspirationibus eos, eti-
am visitare non omittat, qui commo-
ditatibus, ac delicijs terrenis immersi,
iphius oblixi vivere videntur. Si tu, aut
aliquis ex tuis affeclis, ex similiūm nū-
mero

Sancti Romualdi.

9

mero reperiari; supplica instantē.
Divinæ benignitati per Sancti merita,
nè te, in tui ingrati & obdurati cordis
pœnam derelinquat; verum te do-
ceat proprium statum cognoscere, at-
que ferio emendare.

2dō. Considera, quomodo ex rebus,
à Divina Providentia ad nostrum lici-
tum usum creatis, ad cœlestia & spiri-
tualia mentem facilimè erigere possi-
mus; ab illis desumendo occasionem
Conditorem laudandi, eique agendi
gratias.

3tiō. Considera, quomodo DEUS,
pro una anima ad portum salutis re-
ducenda, multoties mundi ærumnas
atque infortunia adhibeat. Casu, quo
tibi, in aliquam adversitatem devenire
contingat, minimè perterreas; sed
apprimè examines, quidnam à te DE-
US prætendat; exemplo nostri Sancti,
qui ex inconvenienti Patris progressu,
optimam, & convenientem propriæ
saluti conversionem deprompti.

PRO-

P R O P O S I T A.

Attentè perpensis supradictis considerationibus propone. 1mō. non amplius internis vocationibus, & bonis sensibus resistendum, quascunq; tibi Pater lumen præstare dignabitur; sed te reflectendum super salute animæ tuæ, licet familiaribus, & sæculi negotijs implicatus existas. 2dō. Ab hinc ponderandani DEI Potentiam, Sapientiam, & Bonitatem, quæ in cunctis Creaturis relucet, & maximè in Sanctis ejus, quibus & tu similis esse poteris. 3tio. Nunquam desperandum, animumve despöndendum, quamvis te nimis ad vanitates proclivem esse cognoscas, aut aliquas patiaris persecutioñes, aut quovis modo te esse sentias tribulatum.

Fructus huius Meditationis.

1mō. Ab hac die illis rebus renunciare incipes, quæ Sancto Patri displace possunt.

2dō.

2dō. Tuis Famulis, vel amicis, ejusdem Sancti cultum persuadebis.

3tio. Ad honorem ipsius, aliquod misericordiae spiritualis, vel corporalis opus, in tui proximi emolumentum exercebis.

O R A T I O.

Sanctissime Patriarcha & Pater amantissime omnium nostrum Viatorum ; confiteor negligentiam meam in obsequio tuo, & elapsis temporibus me in tua devotione penitus incuriosum fuisse. Cujus, ex intimo cordis mei me patinet. Profiteor cum his Exercitijs in posterum me fore tuum verum, ac devotum servum ; nunc te in meum Advocatum, & Patronum eligendo, cum irrevocabili proposito, nunquam amplius a tuo desiderabili famulatu me subtrahendi. Inde cum omnimoda spiritus mei humilitate instanter tibi supplico, ut hoc minimum pauperculi cordis mei obsequium per gratum tibi facere velis. Illud quippe ad

ad tuam perpetuam gloriam offerre
dispono; tum quoq; ad sublevandam
miseram animam meam, quæ ad ultim
um usque respirum tibi recommen
data maneat ante Divinam Majesta
tem; ut ipsa frui tecum in cœlis æter
num valeat, Amen.

Pater noster, & Ave Maria, pro vivis
& mortuis Sancto devotus.

SECUNDO DIE MARTIS,

P R A E L U D I U M.

Cum jam sincerissimo animo, &
ex intimis præcordijs clientelæ
te Sancti Romualdi committas, restat,
ut tuæ servitutis officio, opera tua
consonent. Sed quidnam facies, ut
amoris ejus teneritudine dignum te
reddas? In id primariò animum in
tendes, ut characteri, quem geris per
omnia respondeas, in DEI gratia ma
nere satagas, ad normam tui, in deli
cato æternæ jucunditatis Paradiso spa
tiantis

tiantis Defensoris, qui supereminenter
eā dotatus fuit. Operam impendas
ipsum imitandi proportionaliter in
earum virtutum exercitio, in quibus
singulariter excelluit; & quas, in ul-
teriori admirandæ ejus vitæ progressu
perlustrabis. Ipse met apud Altissi-
mum, pro necessario adjutorio, ad eas
exercendas, Mediator tuus futurus est.
Animum omnino non despondeas,
quoniam ejus caliginem procul dispel-
las. Cor, ipsi fiducialiter detegas, nec
quidquam pertimescas. *Sanctus Pa-*
ter, & est fidelis, & potens. Potens
ad omne exoptabile bonum tibi largi-
endum. Fidelis ad clientes in fidem
suam recipiendam, & neminem fallen-
dum. Crebrius ipsum amabili, pīj
Patris titulo invoces; & ipse te ut filia-
um respiciet; atq; ab omni mala ani-
mæ & corporis incursione proteget.

SEQUITUR VITA SANCTI.

*P*ost elapsum ingressū in Religio-
nem triennium, ad quendam Vi-
rum,

rum, ab humanis tumultibus per omnia segregatum, in Venetis Insulis commoratam, Marinum nomine, non minus natura simplicem, quam moribus candidum commeavit; ejusque directioni se tradidit. Qui suum novellum in via DEI discipulum, psalmodiae disciplinam instruens occasione alicuius titubationis, ad quemvis erorem, veniam rigidus Magister non admittens, virgâ, sinistram capitâ ejus partem verberabat: quæ suo tempore per cōtinuam repercussionem, adeò offensa evasit, ut fermè auditum perderet. Sanctus autem patiens, audiens prejudicium cernens, cum majori humilitate, ac patientia ipsum efflagitare coactus fuit, quatenus illos indiscretos ictus in dextram partem revolveret. Et tandem aliquando in se reversus solitudinis profundæ Incola, rigidam animadversionem in suum tam modestum discipulum moderavit. Per unam integri anni revolutionem,

uno

uno pugillo ciceris elixi, de die in diem contentus fuit. Per continuum triennium, eodem jejuniū rigore servato, in excolenda terra seminandoq; ac proprijs manibus colligendo tritico, occupabatur.

M E D I T A T I O.

1. C^{on}sidera invictam tolerantiam, & demissam humilitatem Sancti; qui licet si sponte se illi, cunctis virtutibus ornatae palestrae dedicaverit; & per consequēs illa dimittere ad proprium beneplacitum potuerit; verū tamen nē cum invictae patientiae exercitio, magis merendi, occasionem omittat, in eo, planè ad sensus privationem constanter perseveravit.

2. Quomodo Eremita Marinus, et si alias homo sanctitate conspicuus, attamen in discretione virtutum basi, Romualdū percutiendo deficiebat. Quod DEO permittente actum est: nimis ad abundantius meritum discipuli; &

li; & ad majorem Magistri in spiritu doctrinam; qui tām perfectā discipuli patiētiā, & placatus extitit, & ipsum posthac summa veneratione coluit.

3. Considera rigidam abstinentiam; cui se Romualdus, (licet floridam adhuc, ac delicatam juventam duceret) instinctu amoris DEI, ac respectu Eternitatis dedidit: & rusticanas operaciones, ab ipso quamvis genere nobilissimo oriundo arreptas.

P R O P O S I T A.

FActis præfatis considerationibus propones.

- 1. Nunquam evitandas occasiones patiendi, ad summum vltro se offerentes; sive à DEO, sive à Creaturis occurrant.
- 2. Compassione duci erga defectus illarum præsertim personarum, quæ possunt esse, aut sunt in aliqua virtutis aestimatione.

3. Exercendum aliquod, secundūm proprij

proprij statūs conditionem, mortificationis genus, aut corporalem pœnitentiam ; non tantummodo pro commissorum delictorum satisfactione ; at etiam, nè in casum graviorem ruas.

Fructus huius Meditationis.

1. **G**enerosum animum indue ; & hāc die, eum qui te aliquā ignominia, aut displicentiā affecit, contraria gratitudinis tesserā præveni. Vel si id præstare non vales ; DEUM pro ipso, singulari mentis applicatione deprecari stude. Casu quo, ipsum allocutus non es, quām primum ei reconciliari non differas, etiam consultō occasionem inquirendo. In memoriam tibi veniat Ecclesiæ ipsiusmet Capitis Christi exemplum ; qui nec Redemptionis Sacrificium complere voluit, priusquam in proximi reconciliatio- ne, (scilicet : Pater aimitte illis) non fundaretur.

2. Universas proximi actiones, eo
non

non obstante, quod tibi pravae videantur, in bonam partem vertere, ac interpretari incipe.

3. Ad aliquod contemptibile, & vi-
lius exercitium, tam privatim, quam
in publico, te deprime; nec ab eo ra-
tio aliqua politica, aut praeclari sangu-
inis nobilitas te avellat.

O R A T I O.

CEmper melius agnosco ô gloriosissi-
me Pater, felicem sortem, quam
sum adeptus, cernens me tuæ dignis-
simæ sequelæ esse adscriptum. Fro-
indè tibi correspondendi gratitudinis
affetu, avidus athleta, cum pleno a-
nimæ studio, tuam supernam effi-
cacem assistentiam flagito; ut parculæ
meæ devotiones, quas non minus cum
voluntatis promptitudine, quam spi-
ritus fervore facere satago, comparere
valeant ante venerandam præsentiam
tuam, & Adorandam Trinitatem vi-
ventem in sæcula, Amen.

Pater noster, ave Maria, &c.

TER.

TERTIO MARTIS DIE,
PRÆLUDIUM.

† Ingenti cordis affectu anhelarem;
ut quanto majori, erga tantum
Sanctum devotioni appropias; tanto
plus vividâ deveniendi melior, ipsisq;
similior (in quo veræ devotionis sub-
stantia consistit) flammâ accendaris.
Quantum possilitas permittit, quo-
tidiè semel saltem ejus Ecclesiam vi-
sitare non prætermittas, ut per inti-
mam, & feryidam Sancto Patri re-
commendationem, ipsius intercessio-
ne, unâ cum tuis familiaribus dignus
vivere & mori ut Christianus, meri-
tisque opimis cùmulatus reperiaris.
Aut potius in defectu commoditatis
adeundi Templum, ad imaginem, vel
aliam memoriam Beati Patris, in tui
intrinseci intimos ardores erumpas.
Spira, plange, & exoptati effectus re-
portandi sis certus. In memoriâ nihilo-
minus reducas, quod ad id perseverâtiæ

desideretur; & quod Sancti, de nostris assiduis, & importunis precibus summopere gaudeant.

SEQUITUR VITA SANCTI:

Sub suæ conversionis exordio, ver-sutus humani generis deceptor Romualdum assiduis temptationibus arietare non cesavit; his timores ac horrores auxit. Demùm varijs injurijs, molestijs afficere, verberare, mortem denique ipsam sèpiùs moliri non destitit. Per totum quinquennium, nullam reliquit noctem, in qua ipsum non commoveret temerarium infernale monstrum; super crura ac pedes ejus jacendo; & sic, ut se in dextram, aut lèvam partem verteret, nullatenus permittendo. Itaque insomnes noctes agere debebat. Per quindecim annos extremis jejunijs se macerabat; ita, ut solis diebus, Dominicâ, & quintâ feriâ modicam refectiōnem sumere consueisset. Gallias peragrans

peragrans quæquè portentosa, in spirituale proximi adjutorium & beneficium egit; insignes ibi peccatorum in gravibus culpis inveteratorum conversiones operando. Ubi certiorem nuntium recepit, Sergium suum Patrem (jam Monachum factum) conversionis suæ pœnitere, atque ad sæculum redire conari: Sanctus Ravennam versùs, excalceatus iter arripuit, eoque adveniens, ejus instabilitatem asperè correxit & punivit; vocacionemque adeò confirmavit, ut summum sanctitatis culmen ascenderit; utpotè, cùm à Clementissimo Domino nostro, specialissimo honore decoratus fuerit, in hac afflita vita, Spiritum Sanctum in quadam specie intueri promerendo.

M E D I T A T I O.

1. Perpende optimum signum esse,
dum Divina Sapientia super nos,
ab infensissimo æternæ nostræ salutis

hoste tentationes, aliasvè diversas tribulationes & exagitationes venire permittat: prætendens Divina Bonitas hoc modo, ut in virtutum labore exerceamur, atque merendi occasionem habeamus.

2. Animo revolve, quomodo abstinentia semper individua sanctitatis socia fuerit. Quocirca totum affectum in ipsam transfundere, ipsisque exercitatione adhærere conuenientissimum est.

3. Adverte, quomodo proximo, maximè genitoribus, quisque subvenire teneatur. Proinde omni meliori, & accuratori modo, ipsis adjutorium præbendi occasionses prætereundæ non sunt; magis autem & principalius, admonitiones, aut correctiones adhibendæ.

PROPOSITA:

PRædictis considerationibus perennis propones,

Imò,

1mō. Tuas tentationes, internasque anxietates Patri spirituali manifestandas, ad finem adæquati, tuæ necessitati documenti excerptendi.

2dō. Ex statuto Ecclesiæ, aut ex tua devotione inchoata jejunia exactè, & libenti animo observanda; atque hilari corde victus pauperiem ferēdam.

3tiō. Tuum proximum ad bene operandum, potius honorum tuarum qualitatum exemplō, ac modestiā, quam verbis exhortandum. Quodhū eum cernas offendere DEUM; illico amanter, & benevolè moxere curas.

Fructus huius Meditationis.

1. **O**Mnibus personis, à capitalibus inimicis, videlicet: mundo, carne, & dæmone tentatis, & tribulatis ex corde compati incipe; & pro eorum consolatione DEUM instanter precare.

2. Tua jejunia, cunctasque alias laborum perpessiones, in propriarum

B 3 culpa-

culparum pœnam, tuique proximi;
aut in purgantium Animarum suffra-
gium offer.

3. Pro conversione infidelium, &
Christianorum, qui in mortalis culpæ
lecto misere degunt, J E S U M Chri-
stum instantissimè efflagita.

O R A T I O.

AD tuarum virtutum, ô Divinissi-
me Romualde, puritatem, ah
quām evidenter meæ imperfectiones
prodeunt! vitæ meæ tenorem, ad mi-
nus in parte, tux Sanctissimæ methodo
conformare ex animo cuperem. At
distantia, quam inter unam & alte-
ram, insuperabilem contueor, extre-
mè terrorem mihi inducit. Cona-
tum meum omnigenè erigam, ut ante
ipso met oculos meos humilier;
altâ mentis indagine revolvens mei
nibili abjectionem tux virtutis subli-
mitati contrariam: eodem temporis
spatio infinitas, D E O infinito gratias
agendo

agendo, quod te, ad adeò mirabilem
meritorum evexerit altitudinem. In-
terim tuis precibus, ille benignus Lar-
gitor unicam abundantis sanctitatis, &
gratiæ scintillam mihi concedat, qui
torrentis ad instar beatam Animam tu-
am implet, ac æviternum implebit, ut
ego etiam in cœlesti Patria tanquam
unus ex unicè tibi devotis, ipsum lau-
dare & glorificare nunc, & in perpetu-
um valeam, Amen.

Pater noster, Ave Maria, &c.

QUARTO DIE MARTIS. PRÆLUDIUM.

HAc tenus jam ad minus in parte,
beneficos, devotionis intimæ erga
Sanctum effectus expertus es; unâq;
apprimè perspexisti: quomodo ipse sit
promptior, atque liberalior in ditando
te cœlestibus gratijs, quam tu solitus
in ipsis postulans. Animatus itaq;
hâc munificentissimâ ac cœlesti comi-
tate, serio animadverte super tanta

beneficia, ultrà omne tuum meritum reportata. Tandem nullo temporis puncto intermissio, vivo cordis spiritu ipsi gratias age, ad contemplationem adhuc spei, te reddendi dignum in posterum ulteriorum favorum. Et toto mentis desiderio conare, quam vivacioribus tuae linguae documentis, in pectore Christiano accendere fiduciam in ipsius adjutorio; laudando & benedicendo Dominum in suo servo, quod ipsum tam gloriosum & mirabilem reddit ad favorem ipsius Devotorum. Ad extremitatem, id totum agere dispone, quod ipsi fore gratum, atque acceptum videris, optimè persuasus, ab ipso ad tuum computum, in Divinæ Majestatis cōspectu præsentādū plurima posse adaugeri; & tunc se amplius ad dispēsanda tibi largâ manu, pretiosissima suarū gratiarū dona extendet.

S E Q U I T U R V I T A S A N G I L.

Previdentes Galliæ Populi, brevi Romualdum, eorum Regionem de-
siderat-

relictum, sine ulla redeundi spe, hac de causa molestam passionem sentientes, recidende S. Patris resolutioni invigilarunt adeò; ut cum eis fortuna non arrideret, Sanctum intra suos limites possidendi, eum è vivis tollerent; atque sic exanimi corpore saltem, pro universalí Regionis beneficio fruenterit. Sed DEUS ipsamet nocte in oratione vigilantem imminentis periculi conscientem fecit; qui primis diei alboribus, arreptā forsice, sat deformiter capillis, & barbā sibi refecatis, vultu tincto, atque habitu incompto, mente captum se simulans, inevitabile mortis periculum evitavit. Pervenientē itaque (post stabilitū Sergium Patrem in Religione) ad Monasterium S. Apollinaris in Classe, & demum ad Eremum Pereti, Imperator Ottho III. ad eum invisendum in persona committare decrevit. Quō, cūm post solis occasum devenisset, Sanctus pauperem suum lectulum, ad pausandum

ei dedit ; quem cum pleno reverentia
titulo Rex acceptavit ; verum, cooper-
torum, uti asperrium & durum ju-
dicando, refutavit. Hic ipsemet Im-
perator ad demoliendam Tiburtinam
Civitatem, circumcirca formidabilem
obsidionem posuit. Quo, solicitis pas-
sibus progrediens Romualdus, com-
motum Imperatoris animum mitiga-
vit ; atque placidis rationibus ab at-
tentato malo removit, nullo sanè in-
commodo Civitati illato. Quinimò
confidenti quoddam se commisile de-
lictum, Sanctus pro pœnitentia, & in-
satisfactionem mandavit ; ut nudis pe-
dibus iter Româ, ad montem Garga-
num usque, in Apuliam conficeret.
Demum mandato S Patris, integrâ
Quadragesimâ mansit reclusus in Cæ-
nobio Classis ; in exercitijs Psalmo-
diarum, jejuniorum, ciliciorum super-
nudam carnem, die noctuque perse-
verando, atque super storeas dormi-
endo ; ultimo tandem Imperium ab-
dicare,

dicare, Monasticumque statum am-
plicti pollicendo.

M E D I T A T I O.

1. **A**nimo revolve, quam felix, for-
tunatusque sit Populus Fabri-
anensis; quod dignus fieret recipien-
di in suum sumnum, amplissimum thesaurum
sacrarum Romualdi Reliquiarum; qui
propriâ electione ibi requiescere valu-
it; cum ex adverso, ille in Gallia, per-
sonâ ejus orbatus, exsors remanere de-
buit.

2. Scrutare ingentem veneratio-
nem, in qua Sanctus habebatur apud
Orbis Monarchas; qui se ipsos nimis
felices opinabantur, si etiam cum pro-
prio gravi incommodo, cum ipso tra-
ctare, eique obedire possent.

2. Aduerte; quomodo Romualdi
sanctitatem etiam primi saeculi Opti-
mates verebantur, ac pertimescebat;
qui gravissimas pœnitentias ab ipso
impositas haud recusabant.

PRO-

P R O P O S I T A.

SUpрадictis considerationibus peractis propones.

1. Monstrare Sancto, cum aliquo singularis gratiarum actionis signo, quantum sit acceptus, & charus ejus ad Patriam tuam adventus; si exinde originem ducis.

2. Onus tibi non imputandum in venerandis personaliter, ad conferenda in vestigia tuae devotionis obsequia, Sanctissimis Reliquijs, aut sacræ Imagini Romualdi; quantumvis amplissimarum facultatum, aut nobilissimæ Prosapiæ, atque sublimiorum Regni officiorum præminentia gaudeas.

3. Libenti animo acceptandi correctiones, & pœnitentias, à DEI ministris, in emendationem aut satisfactionem tuarum culparum, tibi immiscas ad amissim exequendi.

Fructus huius Meditationis.

1. Præterquam, quod homagij præstandi

standi causâ , ad sacrum depositum,
Ecclesiam , aut imaginem Sancti te
conferas ; non tibi molestiam adfe-
rat visitatio, pro ejus amore infirmo-
rum in xenodochijs, aut amicitia con-
junctorum ; qualiscunque tu existas
conditionis.

2. In universis tuæ Patriæ calamita-
tibus, solitus, & confidens ad Ro-
mualdi validam intercessionem recur-
ras ; si ab iræ Divinæ flagellis, liber e-
vadere exoptas.

3. Assueferi stude alicui pœnitен-
tiæ, nihil penitus respiciendo ad tene-
ram ætatem , delicatam complexio-
nem, aut generis nobilitatem.

O R A T I O .

Ecce jam me, exploratum habe, ô
Beate Patriarcha ! nunquam am-
plius te derelicturum ; imò continua-
turum me, ad sera fatæ tuum famu-
latum, in modo tali, qualem frigidissi-
mus meus spiritus permittet, procul
dubio

dubio crede. Et quod si interdum
prætermisi præbere exteriora devotio-
nis meæ signa; protestor tamen, &
volo: ut hocce cor in amando te sem-
per sit facile; atque in recognoscendo
te meum amantem Patrem, constan-
tissimum. Interea à meo, & Tuo mu-
nificentissimo DEO, in his meis pro-
positis perseverantiæ donum impetra;
ut eò magis, magisque in Te, & nobis
pauperculis creaturis in sæcula glori-
ficietur. Amen.

Pater noster, Ave Maria, &c.

QUINTA DIE MARTIS, PRÆLUDIUM.

Credo te esse conscientem, quomodo
degens adhuc in hac lacryma-
rum valle Sanctus, terribilia à Deo
obtinebat supplicia contra illos, qui
injusto titulo ejus benevolos, ac de-
votos persequebantur: è contrariò
quemcunque aliquod illis præstantem
beneficium inæstimabilibus gratijs lo-
cuple-

cupletabat. Nunc imaginare, quidnam non faciet gloriosus in cœlo? ubi potentia, voluntas, & charitas in perfectiori gradu eminent. Quid ergo jam pertimesces, quando & fideliter servitum firmiter te resolvisti. Insurgent forte adversum te tui ferocissimi hostes; tu invoces Romualdum: deverberabunt te lites; recurre ad Romualdum: opprimeris ab injustijs, aut iniqua gente; in adjutorium clames Romualdum. Ultimo, adorientur te impetu valido, spiritus, aut corporis infirmitates; te recom mendes protectioni Romualdi; neque minimum diffidas te opportuno tempore non exaudiendum.

SEQUITUR VITA SANCTI

Romualdus auditio, cum teneritudinis, & summæ jucunditatis lacrymis, de invidenda, & simul felici, Tyrannorum manibus inficta morte sui, tam amabilis filij, & discipuli Bonifacij

nificij Archiepiscopi, & Russæ Apostoli, nuntio: præ mirabili cœlestium consolationum excessu, desiderio martyrij accensus, Hungariam versus ire decrevit. Ad cujus confinia cum vingtiquatuor locis perveniens, ipse met forti febre correptus fuit; cui tumor associatus est, & tanta stomachi bilis, ut cibum prorsus non retineret. Eam autem non curanti, & ulterius progredi volenti augebatur ipsa; remigrare vero se resolventi minuebatur. Dum tamen convalescendo, adhuc ultra pergere tentaret, ipsum protinus cum majori violentia adorriebatur; & postquam passus revolvere disponeret; integrè ceslabat. Unde hanc mutam cœli loquela, cum DEI beneplacito uniformem pérpendens; missis septemdecim, in Panioniam ad seminandam Evangelicam veritatem dictis discipulis; cum alijs in Italiam remigravit: ubi fundata sacrâ Eremo Camaldulensi, in ditione Flo-

Florentina; varijsque alijs; in Syriam secessit. Ibi septem annorum spatio, cum inviolato silentio reclusus mansit. Ibi supernaturalem Sacræ Scripturæ intelligentiam adeptus, poterat admirabiliter commentatus est. Ibi ad extremum, pluribus extraordinarijs pœnitentijs, & macerationibus proprium corpus immisericorditer affixit. Quibus medijs inæstimabilem fructum, in animabus illius climatis produxit.

M E D I T A T I O.

1. Examina, quantam habeat efficaciam Amor DEI in una Anima; quam perquirere facit omnem occasionem pro ipso patiendi; immo ad ejus gloriam sanguinem, vitamque fundendi.

2. Contemplare, quomodo multoties DEUS inspiret illud, quod ut aut protinus, aut nunquam effectum fortiatur vult; ac solummodo ad exporten-

portendam atque dignoscendam nostram promptitudinem. Quocirca quietos nos manere convenit; si non nunquam nostræ resolutiones impedimentum patientur.

3. Adverte prudenter, quomodo à mundi tumultibus & rumoribus recessus, ad segregatumque locum secessus summoperè adjuvet, ad acquirendam veram sapientiam, & cognitionem rerum spiritualium.

P R O P O S I T A.

FACTIS PRÆdictis reflexionibus propones:

1. Gaudenti animo amplectendos quosvis super te irruentes patibiles dolores; aliasque laborum corporis, aut animi perpessiones: quinimò aliquando eas de industria inquireendas.

2. Velle servire DEO, secundum ipsius sanctam voluntatem; non vero ut nos volumus; nempè in modo, & loco; tantum, quantum, & quando cognosces,

cognosces, mediante Patre spirituali,
esse ejus voluntatem; & non alias.

3. Velle te abstrahere, quantum
vires extendi valent, à publicis otiosis,
aut spectaculis, cæterisque sacerdotiis occu-
pationibus. Ea namque solum in-
serviunt ad dissipandum spiritum, &
devotionem; atque ad non attenden-
dum æternæ propriæ salutis.

Frustrus huius Meditationis.

1. **C**onsuelce actuali intentione of-
ferre DEO cunctas illas malas
actiones, quæ interdiu intus & foris
contingere possunt.

2. Procura, nunquam per quam-
cumque causam tui cordis internam
pacem, ac tranquillitatem perdédam.

3. Quando te compellit necessitas
ad trahendam moram in publicis lo-
cis, & in plurimum personarum socie-
tate; tuum cor recollige, & custodi.
Et tali modò solitudinem conservabis.

ORA-

O R A T I O.

O Quis non probaretur à tantis animi sui sensibus, & tām validis difficultatibus in virtutum exercitio, quales ego ipsem et experior! Sine dubio crederem, quod gustatis dulcibus bonarum operationum fructibus, quæcunque alia inutilis applicatio mihi naufragaret. Sed quisnam negotium facile reddere passionesque recalcitrantes sedare poterit. Tu esse debes ô Sanctissime Romualde! qui Divino amore erga tuos clientes refertus, in Christianæ perfectionis vias ipsos conducere; atque ad portum salutis, iter alleviare, & facile reddere potes. Tibi itaque instantèr, atq; humillimè supplico, cupiens omnimodè deserendam mundanam vanitatem, meque DEO totaliter consecrandum. Qui est super omnia Benedictus. Amé.

Pater noster, Ave Maria, &c.

SEXTA

SEXTO DIE MARTIS.

PRÆLUDIUM.

NON obstantibus diversis, & efficacibus motivis hactenus sat affatim deductis, coniicimus necdum aliquos velle se resolvere ad aslumentam veram, erga hunc Sanctum Patrem devotionem. Credibile, id non procederet à modica fiducia, quam habent in summa ejus beneficētia (dūm pér semetip̄am sit abundē manifesta) sed fortē, nē per hanc rationem cogantur rumpere antiqua illa vincula, quæ ipsoſ tenent arctissimē unitos, vanis mundi occupationibus. Duplicem tane committeretis errorem, ô dilectissimi! Ex una nempē parte tam pretiosis beneficijs vos privaretis: ex altera tandem nunquam à misera serviture vestrorum capitulum inimicorum emergetis. Ah! Non amplius ad vestrūm cor redire, & à tam horribilibus præcipitijs vos sejungere retardetis! Submittite vos semel

semel altissimo Romualdi patrocinio.
Et si ipsum, etiam ultimi halitus vestri
tempore, vobis habere propitium de-
sideratis; demereris ipsum in vita,
omni studio incumbite, ejus devotos
sincerè vos profitendo.

SEQUITUR VITA SANCTI.

FVit acceptissimus Romualdus Hen-
rico Primo, (quem alij vocant Se-
cundum) Imperatori, & Sancto. Adeò autem acceptus erat; ut semel
occurrenti sibi Romualdo, exclamans
palam Imperator diceret: O utinam
placeret DEO, animam meam esse in
corpore tuo! Unde tota Imperatoris
Aula, ceteratim accurrebat ad vi-
dendum, & venerandum Sanctum
Patrem; habendamque pro Reliquijs
aliquam, ex ejus habitu particulam,
& ideo vestis ejus lanam evellere sunt
ausi; quamvis Sanctus non modicum
rubore suffusus, & contristatus inde
fuit. Vedit præterea, adinstar magni
Patri-

Patriarchæ scalam, per quam ascende-
bant, & descendebant homines nivei
coloris habitu induti. Per quod in-
tellexit designari sibi à DEO novum
institutum Religiosorum. Illud au-
tem fuit Camaldulense, ab ipso post-
modum fundatum ; in duas partes di-
visum Cænobitarum videlicet : & E-
remitarum. Vedit insuper adhuc vi-
vens propriam animam præsentatam
ante Divinæ Majestatis conspectum,
ad instar nivis resplendentem ; in hu-
mana quidem effigie ; sed in statura
perfectæ ætatis.

M E D I T A T I O :

1. **C**onsidera ; quomodo intemera-
tae vitæ bonitas in majori æsti-
mationis gradu, apud mundi Magna-
tes resideat ; quam fastus, & superbia.

2. Quomodo Religiones ab Eccle-
sia approbatæ, Divino instinctu à San-
ctis sunt institutæ. Proinde in æsti-
matione, ac omni possibili veneratio-
ne habendæ sunt.

3. Quomodo Anima in gratia DEI existens, decore, omnibus creaturis à DEI Omnipotentia productis præfulget. E contra, illa in peccati labe degens, deformato infernali monstro deformior est.

P R O P O S I T A.

SUpradictis Considerationibus trutinatis propones.

1. Colendas, habendumque respectum ad quasvis personas, & maximè piâ aliquâ qualitate præditas; in quibus singulari modo, Creatoris bonitas elucet.

2. Semper discursum rectum, ac bonum ducendum de Religiosis; etiamsi videantur aliqui ex ipsis non directam semitam ambulare, secundum eorum vocationem.

3. Cum omnigena & exquisita diligentia à mortali culpa declinandum. Quodsi casu cecideris; procura quam primùm culpam delere contritione, & Sacramentali Confessione.

Fructus

Fructus huius Meditationis.

1. **R**ecete opinare de tuo proximo;
& in tuis necessitatibus, magis
in DEI timore fundatorum orationes
adhibeas.

2. Reverearis omnes Religiosos &
Sacerdotes; si non ob alium rationis,
sicutem ob characteris titulum; quod
sint in Altissimi ministros electi.

3. Ab omni occasione declina, quæ
te ad DEI offensam deducere possit.

O R A T I O.

Sanctissime Anachoreta, & Pater
Romualde, intimo, & humillimo
animi mei tenu te precor; im petres
mihi ultimo ex tuis clientibus, ab infi-
nita Domini nostri pietate, quam per-
fectissimam cordis puritatem: ut ani-
ma mea, à quacunque peccati ma-
cula purgata; & non amplius ali-
quam rem, quæ ipsi displicere queat
committendo; ante ejus purissimos
oculos præsentari digna reperiatur.

C

Qui

Qui vivit & regnat in saecula saeculorum, Amen.

Pater noster, Ave Maria, &c.

**SEPTIMO MARTIS DIE.
PRÆLUDIUM.**

Planè res magni momenti esset; si
tuo exemplo, vel verbis alios ad
cultum Romualdi attraxisti; ipsem
vero, aut ob fastidium in ipsius exer-
citio, aut ob spiritus tepiditatem in
continuando, sine fructu remansisti.
Adverte sagaciter, in hoc passu à fer-
ventioribus non permettere coronam
tibi de manu eripi; & ut ipsi vice
tui, opimis meritis & beneficijs, quæ
in grandi copia, à charitativis Sancti
visceribus prodeunt, potiantur. Ag-
gredere igitur, sequere, & termina
fensim hæc fructuosa exercitia, cum
ea attentione & affectu, acsi quod-
libet ipsorum, in tua vita ultimum
foret. Oh! quam sunt DEO, & San-
ctis grati, & accepti diligentes ac prom-
pti datores! Hilarem enim datorem
diligit

dilgit DEUS. Oh quam suavem, in pietatis operibus delibant perseverantiae fructum! Indue ergo animum omnino fidelis Devote; proposita renova; jam nunc forte extinctum in tuo corde fervorem, circa tam serium propriæ salutis negotium, accende.

SEQUITUR VITA SANCTI.

Sanctus Romualdus prophetice illustri dono fuit dotatus, varias & longinquas res praedicendo. Plures demoniacos liberos fecit. Duos statu mentis dimotos, & furibundos, plerosque alios corporali indispositione laborantes, vel panis frustulo, vel aquâ, a se, aut suis discipulis benedictâ incolumes reddidit. A quibusdam procul distantibus grayia & notabilia furta avertit, praedones mirabiliter retinendo, ac detegendo. Solius orationis virtute, magna incendia extinxit. In summa annonæ inopia, pro se sive sequacibus, cœlitus ali-

menta creberrimè obtinuit. Plurimos Principes, Heròes, insignesque Personas, Magnates, & Dynastas Regionum ad DEUM convertit. Ultimò, partim ab hominibus, partim ab humani generis hostibus, fortes persecutio[n]es, constanti animi robore pertulit.

M E D I T A T I O.

1. **C**onsidera, Si Divina Bonitas, etiam in suos seruos in terris adhuc viventes tam est liberalis; & ipsis pro se, aut pro alijs deprecantibus omnes gratias elargitur. Quidnam non faciet Beatis in cœlesti Patria?

2. Specialissimum Romualdo honorem à DEO collatum; ipsius meritis mentis impotes curando; res rariissima!

3. Quod non obstantibus tot insignebus favoribus, quibus erat ab Altissimo dotatus; nihilominus ejus permissione, ab infernalibus spiritibus, &

mun-

mundanis personis permultum affligeretur.

P R O P O S I T A.

FInitis prædictis considerationibus propones.

1. Ponendam, quâm singularissimam fiduciam in incomparabili S. Romualdi intercessione; quâ te à quavis notabili, etiam extraordinaria calamitate liberare queat.

2. Nunquam in tuis necessitatibus, de Divina Providentia desperandum; at illlico ad illam confugiendum, mediante hoc Sancto Patriarcha

3. Non pertimescendas tribulaciones, quasi signa iræ supernæ; verum complectendas, ut quendam arrabonem, Divini Amoris, erga nos.

Fructus huius Meditationis.

1. Incipe graviores tuas necessitudines animæ, aut corporis, aut familiæ tuæ Sancto commendare.

2. Utaris in bonum rerum cognitio-

one, sanitate, & commoditate ; quam
DEUS piissimus tibi elargitur.

3. Humilieris ante DEUM, & ho-
mines : è contra verò in quacunque
adversitate exultes.

O R A T I O.

OMnipotens sempiterne D E U S ,
qui in consilio Sanctorum tuorum
gloriaris, preces mei miseri peccatoris
exaudi ; atq; meritis, & intercessione
Beati Abbatis & Confessoris Rómu-
aldi dignanter præsta ; ut aliquando
sublever ex obscuritate imperfectissi-
mævitæ, & erigar ad celitudinētui Di-
vini famulatūs ; profitendo tibi amo-
rem purum & fortēm ; proximo fer-
ventem charitatem ; iplimet autem
glorioſo Patriarchæ perpetuam & in-
timam devotionis subjectionem. Qui
vivis & regnas in infinita lœculorum
ſæcula. Amen.

Pater noster, Ave Maria, &c.

OCTA-

OCTAVO DIE MARTIS.
P R A E L U D I U M.

† Ecce jam adest terminus tui itineris spiritualis, Exercitiorum inquam Novendij, ad perpetuam laudem Sancti Romualdi arreptorum. Confitere tandem, quod licet si illis cum illa attentione & spiritu, quem requirunt, non es ulus; nihilominus quasi defectum tuum suppleres, quando majorem in te semper percipis dispositionem, ad ipsi serviendum, & iterandam alias fructuosam hanc devotionem. Assume ergo animum, & his duabus diebus resolve te ad uniuersitatem omnem, quam olim habuisti applicationem; ita, ut in fervoris intentione, & cordis teneritudine, erga ineffabilem tam preclarari Sancti beatitudinem, omnes alias haec tenus habitas precellat. Ah quam per pulcher & utilis devotionis hic Epilogus, debet esse acceptus DEO, charus Angelis; gratius Romualdo! Nunc jam vide-

bis, quām sit fructuosum animæ tue,
propius & verius ad tām potentis Pro-
tectoris cor accedere.

SEQ UITUR VITA SANCTI.

DEcrepitus noster Sanctus Pater co-
gnoscens tempus appropinquare,
quo, destructo languidi corporis sui
carcere liberā & solutā animā ad pe-
rennem cum DEO evolare deberet
unionem; inenarrabili lētitiā plenus,
eunctis palām communicavit, quōd
post breve, sibi tamen visum diutur-
num, duorum scilicet annorum curri-
culum, extrā hanc terram terræ man-
sionem futurus esset. Recessit pro-
indè ad Eremum à se ædificatam Val-
lis de Castro, septem milliaribus Fa-
briano distantem. Ibi in loco aliquan-
tulum ab aliorum conversatione re-
moto, extruxit Cellam cum Sacello,
ad præsens Sancti Blasij nuncupato.
In hac reclusus, nihil remisso solito
jejunij rigore, in altissima contem-
platione,

Sancti Romualdi.

51

platione, & silentio mansit; atq; sic,
ut verus Anachoreta, absque aliqua
humana assistentia, ultima suspiria ef-
flare voluit. Serotinâ horâ diei 19.
Junij, Anni 1027. duos Religiosos ē
cellula dimisit, in gravi & ultima ne-
cessitate sibi assistentes; ipsisque man-
davit, ut ad Eremum recedentes, post
cantatum matutinum ad se redirent.
Suspicantes nihilominus discipuli San-
ctum Patrem, ut verum solitarium,
velle suum spiritum purissimum exha-
lare, & sine aliqujus interventu; uti
prædictum habuerat viginti ante an-
nis; non multū a cella recesserunt.
Transacto deinde brevi temporis in-
tervallo, cùm attentiū auscultarent;
& neque motum corporis, neque vo-
cem audirent, jam quod evenerat ve-
raciter opinantes, impulsā januā velo-
citer irruunt, lumen accendunt, &
Supinum Sanctum, jacere mortuum,
consternati reperiunt. Quò perve-
nientes omnes discipuli, Sanctum Cor-

C5

pus

pus in principali Ecclesia Monasterij,
cum Hymnis & Canticis, inter devo-
tas lacrymas & suspiria deposuerunt.
Vixit Beatissimus Pater centum vigin-
ti annis, ex quibus viginti expendit
in sæculo, tres duxit in Monasterio, &
nonaginta septem in Eremitica trans-
egit austeritate.

M E D I T A T I O.

1. **C**onsidera, quomodo Sancti,
quamvis singulari privilegio de
Divina gratia securi, & futura Para-
disi gloria; tamen antequam tempus
mortis appropinquaret, ab omni exte-
riori negotio recedebant; ut se totos
in DEO reponerent, & transirent fe-
licitè ad eum.

2. Quomodo illis, qui adhuc in vita
degentes, dimicare ferio contra ten-
tationes, ipsasque vincere, sunt assue-
facti; deinceps in mortis articulo, non
sit opus humanâ assistentiâ. Quocit-
ea illis superandis primò assuescere
proficuum est.

3. Quomodo expavescere non debamus in servitio Divino, omni tempore vitae nostrae, licet si prolixiori. Quoniam Divina Bonitas id meretur, nos quoque obligamur.

P R O P O S I T A.

Predictis considerationibus transactis propones.

1. Vitam agendi, quantum vires tue se extendunt, segregatam à mundi turbinibus; nē tibi in ultimo mortis puncto, sint laqueus & impedimentum.

2. In singulos dies hanc expressam, & fixam habendam reflexionem, quasi quilibet ipsorum ultimus eslet terminus vite tue.

3. Quotidie pro moribundis, ad finem felicis eorum ex hac vita transitus, orandum.

Fructus huius Meditationis.

1. Verba Esperè, antequam ad requiescendum te conferas, terio conci-

conscientiam tuam examines, & de commissis inter diem culpis, à DEO veniam expostules. Ad hunc finem etiam, si nocte illâ te exhalare spiritum improviso contingat, examen Confessionis ante DEUM tibi serviet.

2. Omni die, aliquâ singulari oratione, Domîno DEO, Sanctissimæ Virginis MARIAE, Sancto Josepho, S. Rомуaldo, alijsque tuis Sanctis Advocatis animam devotissimè commendes; ut si casu mortis id facere nequeas, tempus nunc anticipes.

3. In memoriam tibi creberrimè veniat, quod sis è vita migratus. Ideò in Purgantium Animarum suffragium, aliquid opus bonū applices.

O R A T I O.

MAgnum resplendentium virtutum specimen meæ mentis oculis repræsentatur, fixè perpendentibus prodigiosissimam tuam vitam, ô Beatissime Pater. Nimium absorptus manco,

maneo, alta mentis indagine trutinans
tām admirandas actiones tuas, tām
prodigiosa miracula. Effice tandem,
ut te imitando quantum valeo, post
fragrantiam pretiosorum unguento-
rum tuorum currā; & transacta hae
miserā vitā, Te sequar in æterna.
Quam, mundi Redemptor & Judex
Christus, per suam infinitam bonita-
tem concedere dignetur. Amen.

Pater noster, Ave Maria, Etc.

NONO ET ULTIMO
MARTIS DIE,
P R A E L U D I U M.

HAc ultimā Novendij die, præsto-
latur à te S. Romualdus perfe-
ctum cordis Sacrificium; & constan-
tem tuarum mortificationem passio-
num. Jam pluries præteritis ferijs
pollicitus es futurum te ejus perpe-
tuum & devotum servum; ipiumq;
sequi in sanctis vitae operationibus spo-
pondisti. Nunc idem monstrabis, se-
pius

piùs frequentando Sanctissima Sacra-
menta; auscultando ultra solitum,
devotè Verbum DEI; voluntariè am-
pleteendo abstinentias & jejunia, ad-
juvando tuum proximum in rebus ad
animam, & corpus pertinentibus; li-
benter & procul recedendo à vanita-
tibus mundi; ex animo DEUM pla-
cando & precando pro inimicis, cum
ipsisque te reconciliando; mortifican-
do iensus, atque tuam vitam, quan-
tum possibile, conformando vitæ San-
cti Patris. Ad quem finem ipsi, ali-
quod devotum tributum, vocalium
& jaculatoriarum precum offeras; in
vocando ipsum vivo corde in necessi-
tibus, & tribulationibus. Hæc e-
runt & similia, magis manifesta signa
tuæ devotionis erga ipsum, & profe-
ctus deprompti ex hoc Novendio.
Benedictio itaque Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti tecum maneat, custo-
diatque te ab omni malo, per servi-
tui Romualdi merita. Qui tibi etiam,

ab eodem Domino liberalissimo Lar-
gitore, omnis desiderabilis boni ple-
nitudinem impetrat. Amen.

Succincta Historia Translatio- nis S. ROMVALDI.

TRANSACTO, à morte S. Patris quin-
quennio, Authoritate Apostolica,
per Joannem XX. Pontificem Maxi-
mum, Anno 1032. conclutum fuit;
ut Sacrum Corpis ejus exhumaretur,
ac in decentiori loco collocaretur;
aque in nova tumba intra altare ad
publicam venerationem exponeretur.
Ad quem finem Prior Eremi Vallis de
Castro, dictus, P. Domitus Azo, S. Pa-
tris discipulus paravit parvam arcam,
supponendo eam fore sufficientem ad
recipiendas sacras Reliquias; quas jam
in pulverem redactas opinabatur Iu-
terim Sanctus, cuidam Religiosorum
in somnis apparuit, impetrans; ut
certiorem redderet Priorem, illam at-
cam,

cam, ad includendum Corpus suum, esse incapacem. Rei veritatem exitus probavit. Aperto namque sepulchro, tam integrum & pulchrum Sacrum Corpus reperierunt; ahi ilius sepulturæ, eo instanti tradidissent. Proinde sine mora, facta fuit alia gran-
dis, & sufficiens arca, quæ secundum antiquam traditionem hucusque con-
servatur sub quodam collateralium al-
tariū, in Ecclesia S. Blasij Fabrianii Per
quam Dominus, etiam ad præsens
plurima miracula operari dignatur,
maxime in infantibus, eō, gratiā ac-
quirendæ sanitatis repositis.

Posito itaque, sub quodam novo
Altari Sancti Romualdi Corpore, spar-
saque fama, quod omnino incorru-
ptum conservaretur, sicut in veritate
integrum inventum est, Anno Millese-
mo, Quadragestimo, Sexagesimo
Sexto; quadringentis triginta novem
annis elapsis, post felicem ejus transi-
tum, in Anno Millesimo Quadringen-
timo

tesimo Octuagesimo primo, duo Religiosi Pedemontani extranei, inter se convenerunt eò personaliter eundum, & clàm raptum, ad suum Monasterium deportandum. Supervenientibus itaque sacrilegis manibus, & vix contreditantibus, protinus vestimenta Sancti, & Caro in cinerem resoluta sunt; pulpa spoliatis Sacris Ossibus solummodo remanentibus. Ad hoc miraculum nihil perterriti, ocyus Sacra Ossa in saccum immiserunt, & cum eo ad Civitatem Aesinam iter aggressi sunt. Ad cuius Cauponam se recipientes, Saerum depositum in pavimento cuiusdam habitaculi reposuerunt. Casu deniq; transeunti filio Cauponis visum fuit magnum incendium; vocat proinde Patrem; sed & huic similitè videbantur exurgere flammæ ignis usque ad tectum. Ambo cubiculum intrant, & nihil reperiunt, præter vitem saccum in terra depositum, plenum ossibus. Recursu igitur facto

facto de rei novitate ad Episcopum, interim ejus mandato, duo delinquentes sub arresto positi sunt. de quibus fama tulit, ipsos in quodam tremore, à feris immaniter devoratos fuisse, & infelices vitam miserabiliter finisse.) Unde Episcopus convocato Clero, populique multitudine, divisorium adiens, Sacras Reliquias ad Cathedram Ecclesiam transtulit. Interim Patres Vallis de Castro, instantes preces pro recuperandis ipsis fecerunt; sed tamen Episcopis, quam Aelinates precibus eorum non annuerunt. Quocirca Patres Maceratam adierunt, Legatum à latere Cardinalem interpellantes, ipseque decrevit; ut relicto Aelinæ Ecclesiæ uno brachio Corporis Sancti, residuum totum Monachis Camaldulensis restitueretur. Arrepto itinere cum Sancto pignore, controversia exorta est, essetne ad antiquum Vallis de Castro monumentum deportandum, an potius Fabrianum? Tardem

dem mulus, super quo tam præiosus
thesaurus jacebat, litem diremit; si-
quidem nullâ vi humana induci po-
terat, ut viam relinqueret, quæ Fa-
brianum ducebat; & Cenobium ver-
sus Vallis de Castro, passus revolveret.

Quod appropinquantibus Sacris Reli-
quijs jam horâ tardiori, sine scitu Fa-
brianensium, omnes campanæ impro-
visò ipsæmet forum ciere incipientes,
publicum communis lætitiae signum
dederunt. Quocirca cum jubilo uni-
versali, & solemin Procesione, in Ec-
clesiam S. Blasij illatæ fuerunt, atq;
in marmorea arca, sub majori altari
depositæ; ubi singularissimâ devotione
semper coluntur. Contigit prædicta
Translatio circa annum nostræ salu-
tis, Millesimum, Quadragesimum
Octuagesimum Secundum, Die Se-
ptimâ Februarij.

M E D I T A T I O.

I. **C**onsidera, quanta fuerit puri-
tas Romualdi, quæ per tot sæ-
cula

cula sui Corporis meruit incorruptionem.

2. Quomodo ad Sanctorum Reliquias, cum magna reverentia & circumspectione accedere debeamus; expectando incurriendam eorum indignationem, si contrarium fecerimus.

3. Perpende; quod multoties sub specie devotionis, aut zeli permagni errores committantur. Unde consulere virum probum consentaneum est, priusquam rem aliquam magni momenti, & extraordinariam operari exordiaris.

P R O P O S I T A.

F'Actis supradictis considerationibus propones.

1. Custodiendam omni possibili animadversione, tui cordis & corporis puritatem.

2. Ante contactum. aut osculum Reliquiarum Sacrarum, petendam quodammodo licentiam ab illo. Sancto,

eto, ac demum actu Contritionis animam purificandam, ut dignius eas accedas.

3. Non permettere te vinci à Creaturis irrationalibus, in præbendo Sanctis honore; & tantò magis ab insensibilibus.

Fructus huius Meditationis.

1. IN tentationibus & periculis contra puritatem recurras humilitè, & fiducialiter ad Romualdum.

2. Appropinquando Sanctis Reliquijs, cogita te accedere ad ipsum Sanctum, cuius sunt.

3. Operare illud bonum, quod est certum & securum; & nunquam dubium, aut speciosum sine consilio aggredere.

O R A T I O.

Quàm dulce est, & suave tibi famulari prompto animo, ac generoso, ô gloriese Romualde! Ego confiteor, quod licet si hos novem dies, tuo

euo honori dedicatos frigidō spiritu
transegerim ; nihilominus admo-
dum me sentio consolatum , atque
compulsum ad te incessanter aman-
dum ; monstrandoq; ipsis operibus,
meæ debitæ gratitudinis affectus . In-
terim blando animo recipe id, quod
hactenus ad tuæ gloriæ augmentum,
meaque animæ utilitatem exercui;
& perfice quidquid in mea intentio-
ne in posterum faciendum, viget ; im-
primendo in corde meo indeleibile, tui
obsequentissimi servi signum ; cujus
virtute, omni tempore, & loco, in lau-
dibus tuis occuper; sperando in Divi-
na Misericordia, tibi me associandum
in cœlis, per totam Æternitatem . A.

Pater noster, Ave Maria, &c.

Alia Devota Oratio,

AD PATRIARCHAM.

S. ROMVALDV M.

S Anctissime Pater, cùm ipsis operi-
bus altissima merita tua venerari
nequeam;

nequeam; ad minus mihi concedatur,
ut laudis tributum præstare tibi va-
leam; undè adæquatum motivum ad-
mirandæ eminentiæ illarum singula-
rium virtutum percipiam, quæ tuam
Animam felicem reddiderunt. Si igi-
tur exaltare audeo Divinum Amorem
qui in te regnabat; ecce fuisti quæ-
dam flamma, quæ incessanter arde-
bat, sæpiissimè coactus clamoribus ex-
halare ardores tui igniti cordis. Si
vero Amorem erga proximum laudare
aflurgo, ecce totum mundum salvare
cupiens, in Eremum convertere volu-
isti. Si donum Orationis magnificare
prætendo; creberrimè rei extra se ras-
ptum cerno; & transformatum in
DEUM, per contemplationis excel-
sum. Si abstinentias celebrare desi-
dero; jam exploratum patet, quod per
longam annorum seriem, solo rigidis-
simo jejuniorum alimento sustenta-
reri. Si puritatem mentis, & cor-
poris describere satago; sufficit dicere,
quod

quèd ab ipsi met Sanctis, Angelus incarnatus nominareris. Si denique, omnium tuarum virtutum splendorem demonstrare studebo; ecce te splendidissimam stellam, luminosum Planetam honorari audio. Sed advertens, quòd ipsam et Seraphica lingua languesceret in perfecte explicanda sublimitate sanctitatis, & gratiarum, quibus tuum fortunatum Spiritum Pater luminum cumulavit; idcirco dispono permutare laudes in precessibique intimo corde supplicare, ut velis mihi esse fax ad incendendum cor meum Amore DEI, & proximi; dux in oratione, exemplum in patientia, speculum in castitate; author in patientia; sustentaculum in lapsu, solatium in tribulationibus; regula in actionibus, socius in laboriosa huius miseræ vitæ peregrinatione; Protector, & Assistens in tremenda mortis hora; ut tandem in æterna gloria consors tui esse possim, Amen.

Intentio

*Intentio & Methodus Feriarum
quinque tertiarum, quæ à devo-
tis ROMVALDI servis sunt
faciendæ, proximè ante diem
gloriosi sui transitus in cœ-
lum; qui 19. lunij ce-
lebratur.*

IN hujus Libelli frontispitio innui-
mus, quomodo quinque Meditati-
ones, & Orationes Novendij hoc si-
gno † adnotatæ adhibendæ sint, pro
totidem diebus Martis, ante festum
præfati Sancti in Junio. Modo, ut
notum maneat, ad quem finem sunt
instituti, observandum est. Quomo-
do Beatissimus Pater, ante suum tran-
situm ex hac vita, ad immortalem, per
quinque Menses continuò, & irremissè
nimis molestam infirmitatem corpo-
ralem sustinuerit. Proinde ad pro-
merendam à Domino DEO, medi-

ante Sancto Patriarchā, non solum
resignationem & tolerantiam in no-
stris infirmitatibus, verū etiam gra-
ciam summè dēsiderabilem bonæ &
Sanctæ mortis, præsentia exercitia ser-
vient.

Adverte.

NE autem, ab hoc utili devotio-
nis exercitio jejunia te perterre-
ant, pergratum erit ipsi Sancto; si aut
lacticinijs contentus te mortificabis,
aut ab aliquo meliori cibo abstine-
bis, aut saltem parlimoniam se-
rotino tempore adhibebis,
dummodo id pura men-
tis devotione, & affe-
ctu facias.



69

OFFICIVM PARVUM Sancti Patris Nostri ROMVALDI ABBATIS.

A Sacra Rituum Congregat. approbatum.

AD MATUTINUM.

¶. **D**omine labia mea aperies,
¶. Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

¶. DEUS in adjutorium me-
um intende,
¶. Domine ad adjuvandum me festina.
¶. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.
¶. Sicut erat in principio, &c. Alleluja.
vel: Laus tibi Domine Rex æternæ
gloriarum.

HYMNS.

Tu, qui ruentis saeculi,
Bonis relictis omnibus,

D 2

Rupes

70 Officium Parvum

Rupes petisti montium,
DEO ut placeres anxius.
Nobis Pater surgentibus,
Summo Parenti maximo
Laudes daturis maximas
Succurre voto supplici.
Somnum repelle noxium;
Absterge nubes mentium,
Ut Sempiterno Numini,
Preces canamus seduli.

Præsta hoc Beata Trinitas,
Concede supplex Unitas.
Ut te hic colentes unicè
Tecum fruamur æthere, Amen.

Anspib. In Matutinis, laudibus semper adstabat Altissimo Beatus Romualdus, alijs divinis officijs non intermissus.

V. Ora pro nobis Beate Pater RO-MUALDE,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

DEUS, qui famulum tuum RO-MUALDUM Abbatem, iudicis-

-ducis gaudijs hujus vitæ ad confessi-
onis gloriam sublimasti; fac nos, quæ-
sumus, ipsius meritis, ab hujus mundi
onere sublevatos, cœlestia omni tem-
pore anhelare. Per Dominum, &c.

A D P R I M A M.

¶. Deus in adjutorium meum, &c.

H Y M N U S.

Nostris adesto vocibus,
Pater precamur supplices,
Res ut diurno tempore
Puris agamus mentibus.

Nostras labentes dirige,
Cœli preces ad Principem,
Morte ut pereundi corpore,
Vita fruamur cœlitum.

Præsta hoc Beata Trinitas,
Concede simplex Unitas,
Ut te hic cotentes unicè,
Tecum fruamur æthere, Amen.

Antiph. Vir vitæ venerabilis magis
elegit vitam Monasticam ducere Be-
atus Romualdus, quam in tumultibus
sæculi manere.

* Ora pro nobis Beata Pater RO-
MUALDE,

B. Ut digni efficiamur, &c.

ORATIO.

Fac nos quæsumus Domine Beati Patris Nostri Romualdi hic imitari labores, ut illic ejus gloriæ participes esse mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

AD TERTIAM.

V. Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

VIT Romualdus hostium,
Virtute continentæ
Victis furens fum fraudibus
Jam possidet cœlestia.
Sic nos devicto sæculo,
Castis, fideque moribus
Ipsò juvante maxima
Cœli assequamur præmia.
Præsta hoc Beata Trinitas
Concede simplex Unitas,
Ut te hic colentes unicè,
Tecum fruamur æthere, Amen.

Antiphon.

Sancti Romualdi.

73

Antiph. Sancte Romualde Christi Confessor, audi rogantes servulos, & imperatam cœlitus; tu defer indulgentiam.

¶. Ora pro nobis, &c.

ORATIO.

Intercessio nos quæsumus Domine,
Beati Patris nostri Romualdi Abbatis commendet, ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio asequamur. Per Dominum nostrum, &c.

AD SEXTAM.

¶. Deus in adjutorium meum, &c.
HYMNI S.

Audi preces Sanctissime,
Quas, Romualde, fundimus
Christoque Regi gloria,
Virtute caros effice.

Illuminare precare fervidus;
Ut tollat omne noxiun,
Donetque cuncta prospera,
Et hic, & in cœlestibus.

Presta hoc Beata Trinitas,
Concede simplex Unitas,

D 4

Ut

Ut te hic colentes unicè,

Tecum fruamur æthere, Amen.

Antiph. Bonis semper operibus Beatus Pater Romualdus instiebat, note, ac die Domino famulando.

¶. Ora pro nobis, &c.

O R A T I O.

OMnipotens sempiterne DEUS, cui cuncta famulantur elementa, exaudi propitius orationem nostram, & tribue nobis misericordiam tuam: ut quæcunq; præcipis, intercedete Beato Romualdo Confessore tuo, implere possimus. Per Dominum nostrum, &c.

A D N O N A M.

¶. Deus in adjutorium meum, &c.

H Y M N U S.

TU Christe, summa Charitas,

Ac sempiterna Bonitas,

Cor nostrum redde blandulum,

Per Romualdi gratiam.

Hic proba, & ignominias,

Divino amore saucius,

Vultu

Vultu sereno pertulit,
Ob idque fulget inclitus.

Præsta hoc Beata Trinitas,

Concede simplex Unitas,

Ut te hic colentes unicè,

Tecum fruamur æthere. Amen.

Antiph. Erat Beatus Romualdus
profectò fide præclarus, in virtutibus
igritiosus, & hospitalitate præcipuus.

V. Ora pro nobis, &c.

O R A T I O.

COncede nobis Domine, quæsu-
mus alacribus animis Beati Con-
fessoris tui Romualdi commemora-
tionem quotidie peragere, cuius di-
versis decorata miraculis, tibi vita
complacuit. Per Dominum, &c.

A D V E S P E R A S.

V. Deus in adjutorium meum, &c.

H Y M N U S.

Beatus iste, corporis,
Tandem solutus vinculis,
Post longa victor æthera
Jam possidet certamina.

Ds

Frustra

Frustra superbas intulit,

Minas Tyrannus Fartari:

Frustra dolos, & omnia

Infernū movit agmina.

Praesta hoc Beata Trinitas,

Concede simplex Unitas,

Ut te hic colentes unicè,

Fecum fruamur æthere Amen.

Anaph. Sancte Romualde Christi

Confessor, tu nostræ Religionis divi-
nitus plantator, sis apud DEUM no-
ster pius intercessor.

¶. Ora pro nobis, &c.

ORATIO.

Clementiam tuam mitissime DE-
GUS humiliter imploramus, ut me-
ritis Beati Romualdi, & prospera
mundi despicere, & cœlestium dono-
rum mereamur participatione ga-
dere. Per Dominum, &c.

AD COMPLETORIUM.

¶. Converte nos Deus Salutaris noster,
¶. Et averte iram tuam à nobis.

¶. Datus in adjutorium meum, &c.

H Y.

H Y M N U S.

IAm noctis ecce frigidæ
Confurgit umbra densior,
Curam Pater nunc suscipe
GREGIS, precamur, supplicis.

Depelle nobis somnia,
Et dæmonum fallacias,
Sit pura mens, sit pervagil,
Sopor foyet dum Corpora.

Præsta hoc Beata Trinitas,
Concede simplex Unitas,
Ut ee hic colentes unicè,
Tecum fruamur æthere. Amen.

Antiph. Verè Angelus D E I , verè
Propheta Sanctus, & lux magna in
finibus nostris apparuit.

V. Ora pro nobis, &c.

O R A T I O.

OMnipotens sempiterne Deus, qui
Beatissimi Anachoriteæ tui Romu-
aldi, mentem tantis divini luminis ra-
djs illustrare dignatus es, ut perfe-
ctæ solitariæ vitæ excogitator exte-
rit, normamque in tui laudem jug-
165

tèr servandam), in cacumine Montis Apennini mirabiliter instituerit: concede, quæsumus, nobis ejus alumnis, quos in nomine tuo genuit, tanta animi puritate in via præceptorum suorum versari, quatenus à terreno, ad æternum Montem, in quo tecum habitat, purificati descendere valeamus. Per Dominum nostrum, &c.

*Commendatio ad eundem Sanctum Patrem ROM V.
ALDV M.*

Oblsecro te Beatissime Pater Romualde dilecte DEI, perfectus in charitate cœlesti, Pater inquam, & Magister Eremitici propositi. Pater, qui sacram Eremum, ordinemque nostrum Camalduli per mysterium cœlestis scalæ, instar Jacob Patriarchæ tibi cœlitus ostensum, Domino nostro JESU Christo benedictio in altis montibus lacraisti, ut nos famuli tui, calcato

cato s^eculo, discamus per humilitatem Religionis ascendere in montem di-
vinæ contemplationis, quæ est janua scalæ cœlorum. Et ut sedentes ad
pedes Domini cum MARIA, funde-
re studeamus sicut aquam cor nostrum
ante conspectum Sanctissimæ Trini-
tatis, ut misereatur nostri Omnipo-
tentis Pater, & Angelorum nos præ-
sidio cum Jacob muniat. Obsecro,
inquam, te Beatissime Pater, memor
esto omnium Camaldulensium tuo-
rum, ac totius Christianæ gentis. De-
precare, etiam pro me indigno ser-
vo tuo, ut illuminet me radius gra-
tiae Spiritus Sancti, quatenus iordi-
bus omnibus mentis, & corporis ex-
purgatis, universis bonis, ac sanctis
virtutibus exornet. Sic verò in di-
lectione DEI, & proximi, cum vera
Religione, Fide, Spe, & Charitate, &
humilitate, & mansuetudine me exer-
ceam, ut ad eam cœlestis mentis con-
templationem, me aliquando rapi sen-
tiam,

tiam, quā te hīc olim rapi consuevi-
sti, dum inhians in superna fluente
fontis vitæ, quasi totus in lacrymas
resolutus æstuante in te ardore divi-
ni amoris, clamabas ad dulcissimum
Dominum JESUM: Chare JESU,
chare; mel meum dulce, desiderium
ineffabile, dulcedo Sanctorum, sua-
vitas Angelorum, & his similia mul-
ta proferebas in jubilo. Commen-
doque tibi piissime Pater animam
meam, corpus, & spiritum meum,
omnes qui se meis commendavertint
orationibus, amicos, & inimicos, ut
tu, qui DEI amicus es, & securus de
te, sis quoque de nobis sollicitus, &
nos precibus juves. Et rogo te dul-
cissime Pater, ut me famulum tuum
hodiè, & semper tuis sanctis interces-
sionibus protegas, quatenus nomen
JESU, & Angelus ejus bonus expel-
lat à me omnem Sathanæ nequitiam,
ac terrorem, & misereatur animæ meæ
in egressu suo miserator Dominus A.

(S)(T)(S)

ADDIVUM

ROMVALDV

ABBATEM,

Camaldulensis Ordinis Fundatorem.

*Pro impetranda ejus protectione prae-
cipue in liberandis Obessis,
Infirmis sanandis.*

H Y M N U S.

QUÆ Virtus, quæ potentia,
 Quâ Romualdus polleat
 Ægros, superque Dæmones,
 Ejus Sepulchrum edocet.
Cum lectulo decumberet,
 Quinquennio frē sustulit
 Ad instar mole Dæmonem
 Ejus prementem genua.
Amentis frontem osculans,
 Obsessi insulans faciem,
 Utrumque sanum reddidit;
 Sic irrigebat Dæmonem.

Cū

82 *Hymnus ad D. Romualdum.*

Cum parvo panis frustulo
Alium sanat puerulum,
Limphâ, quâ manus terserat,
Languores multos expulit,
Alius Cilicum intuens
In Templo occultum, ejulat,
Illud illud me abigit,
Et statim Dæmon exijt.
Rogo DEUS Sanctissime,
Per Romualdi merita,
Obsessi ut à Dæmone;
Sintque ægri à morbis liberi.
Uno tñineque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui Romualdo contulit,
Flagellum esse Dæmonis. Amen.
¶. Ora pro nobis Sancte Romualde,
¶. Ut digni efficiamur promissioni-
bus Christi.

O R E M U S.

DEUS, qui famulo tuo Romual-
do Abbati gratiam, & Virtutem
super ægros, ac Dæmones conferre
dignatus es: Supplicationes nostras
benignus

benignus respice, ut ejus meritis, &
interceſſione omnem Creaturam à
nefarijs ſpirituibus, & ab omni Cor-
poris infirmitate liberare, ac præſer-
vare digneris. Per Christum Domi-
num nostrum, Amen.

RESPONSORIUM S. ROMVALDI.

Ad petendum ejus Patrocinium.

SI quæris Patrocinium,
Et Romualdi gratiam,
Quid poffit ejus dextera,
Fabrianenses adeas.

Obſeffos, & à ſcabie,
A bello, & à contagio,
Attractos, atque pavidos
Pupos, amentes, liberat.

Sanēti contactu Cranij,
In præſens aqua cernitur
Morbos & incurabiles,
Sanare frequentiſſimè.

Obſeffos,

Obsessos, & à scabie,

A Bello, & à contagio,

Attractos, atque pavidos

Pupos, amentes, liberat.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.

Obsessos, &c.

¶. Ora pro nobis Sancte Romualde,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

DEUS, qui famulo tuo Romualdo Abbati gratiam, & Virtutem super ægros, ac Dæmones conferre dignatus es: Supplicationes nostras benignus respice, ut ejus meritis, & intercessione omnem Creaturam à nefarijs Spiritibus, & ab omni Corporis infirmitate liberare, ac præservare digneris, Per Christum Domum minimum nostrum.

A M E N.



A M E N.

**ANTIPHONA
AD BEATUM PATREM
BENEDICTVM.**

Pro impetranda assistentia ipsius, in mortis articulo.

Stans in Oratorio dilectus Domini Benedictus, Corpore & Sanguine Domusico munitus, inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in cœlum manibus, inter orationis verba Spiritum efflavit; qui per viam stratam pallijs, & innumeris coruscant lampadibus, cœlum ascendere visus est.

R. Gloriosus apparuisti in conspectu Domini,

R. Propterea decorem induit te Dominus.

O R E M U S.

DEUS, qui pretiosam mortem Sanctissimi Patris Benedicti, tot tantisque

tisque privilegijs decorâsti; concede quæsumus nobis, ut cujus memoriam recolimus, ejus in obitu nostro, beatâ præsentia, ab hostium muniamur infidijs. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEVS, per omnia secula sæculorum, Amen.

PROSA

De Sanctis quinque Fratribus Martyribus Polonis.

Ex antiquo Breviario Polonorum, ex revelatione S. Joannis Eremitæ Camaldulensis, composita est à R.P.

*Nucio, Ordinis S. Franc. de
Observ. ut infra.*

Tota die jubilemus, in hac die exultemus, Tot clarorum invokedemus, Sanctorum suffragia.

Qui

Qui in Christo renacentes, mundi
hujus res puentes, vana quæque conte-
rentes, pergunt ad cœlestia.

Boleslaus Rex Polonus, transit ad
hos Sanctos pronus, ferens eis munera.

In oscula proruētes, quem Sancti
benedicentes, Rex petit itinera.

Quod Latrones audientes, pergunt
illuc festinantes, ferunt Sanctis vincula.

Ab his nummos extorquebant; ad
quos Sancti sic ajebant: vivimus per
sæcula.

Boleslao remisimus, nam hos corde
contempsimus, quærentes cœlestia.

Latrones non crediderunt, gladijs
hos occiderūt, sunt mortis compendia.

Sic per multas passiones, ad super-
nas mansiones, gloriosi Proceres,

Festinant, & in nemore lati suo in
corpore, ducunt mortem celeres.

O quam felix Polonia, felicior Ca-
simiria, fiunt ibi prodigia, ex Divino
munere.

Licet

Licet ibi in faustitate; Reliquia sunt
locatae, tellus tamen suxit laute, ho-
rum sanguinem verè.

Cæcus, claudus, surdus, mutus, ab
omnibus erit tutus, ægris membris
destitutus, horum sanctis precibus.

Ergo quivis Christicola, dives, pau-
per, ruricola, extraneus, & incola,
esto ad hos votivus.

Precamur vos jam Patronos, Regi
nostro incolonos, ferre pacem, mores
bonos, victoriam in hostibus.

Scythes, Turcam hinc pellite, mor-
bos, pestes abducite, ipse JESUS sit
dux vitæ, locate in cœlestibus.

Ferent nobis hi solamen, si fuerit
his precamen, semper erit sublevamen-
tumnis homo dicat Amen.

ORATIO.

OMnipotens æternæ DEUS, pro-
cujus gloria Sancti tui innocentes
Martyres, Joannes, Benedictus, Mat-
thæus, Isaac, Christinus, Athanasius,
Laurentius, & Barnabas Confessor,
Eremita

Oratio de Ss. Confessoribus. 89

Eremitæ Camaldulenses Calimiritani,
in Ecclesia tua Sancta genibus in terra
prostrati, noctu divinis orationibus va-
cantes, ab impijs prædonibus appre-
hensi, manibus, pedibusque ad stipites
alligatis, crudeliter igne & diversis tor-
mentis diu lacerati, & interfecti, Marty-
rij palmam æternæ gloriæ adepti sunt:
præsta quæsumus, ut quorum memo-
riam suâ devotione recolimus, eorum
actiones imitemur. Per Christum Do-
minum nostrum, Amen.

*Oratio alia de Ss. Confessoribus
Po'onis.*

DEUS, qui nos concedis annua San-
ctorum Confessorum tuorum Ere-
mitarum Camaldulensium, Andreæ,
Zoerardi, Barnabæ, Justi, Bogumili,
& Benedicti Zvirardi Martyris socio-
rum natalitia colere; dà nobis in æter-
na beatitudine, de eorum societate
in cælis, feliciter unâ cum illis gaudere.
Per Christum Dominum nostrum,

A M E N.



IMPRIMATVR.

M. Petrus Praczewic, Sacrae Theologiae Doctor & Professor, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, ac in eadem Diocesi Librorum Censor. mpp.




AVT

150

150

150





965/28 Bibliotheca 350,-
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06202

i. III. 57

i - II